in quo cōcurrerunt multa milia virorum ac mulierū. ¶ Tercius honor quo deus honorare voluit sanctum bernardinū dicit superne glorificationis. In celesti nāq; patria vltra essentiale premiū coronatur aureola que debetur doctoribus de qua diximus in opere de laudibus sanctorum in sermone de sancto petro martyre. Dicere itaq; possumus illud psalmiste. Magna est gloria ei⁹. magna vtiq; in ecclesia militāte maior in ecclesia triumphante. Quare ꝯuenienter de ip̄o referre possum⁹ qđ de paulo primo heremita in sua vita Hieronym⁹ scribit. Si mihi inquit lectionem optione dn̄s dignaretur concedere magis eligerem tunicam pauli cum meritis eius: ita et sancti Bernardini q̄ regum purpuras cum gemmis suis. Deprecemur ergo deum celi vt per merita tanti sancti dignos efficiat nos sua gratia. Et tandem ad vitam perducat eternam. Amen.

¶ Clarissimi ac celeberrimi preconis Fratris Roberti Carazoli de Licio: ordinis minorum. Pontificis Aquinatis: opus de laudibus sanctorū accuratissime per Petrum Drach Spire impressum. Anno dn̄i Millesimoquadringentesimononagesimo: finit feliciter.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0391

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG